

quis ad praecedens *devoluti* respexerit, ita, ut sit *jugo devolvi*,

Carmina Pieriis sponte

Notat *Pearsonius* in uno *Cod.* legi: *vigore cesserunt*, e quo adparet *to re* errore Librarii *jugo* adnexum, quod *ta cesserunt* praefigi debebat, atque hinc natum *uigore*, quod ob defectum puncti supra literam *i* evenire pronum fuit.

CCXL. VIII. E. 6.

655 Codex membranaceus lat. Sec. XII. Folior. 143. f. a diversis manibus, partim lineis longis, partim per duas columnas nitide exaratus, rubricisque distinctus varia complectitur, ut hic edisserimus: I. *Incipit Liber Sancti Augustini Episcopi. Ad Quendam Comitem Carissimum Sibi.* Initium: *O mi Frater. Si cupis scire quamvis ego nesciam quam perfectissima &c. Augustini* non esse dicemus etiam ad *Cod. CCXLVIII.* quem, si lubet, adi. *Tractatus integer.* Lectio sat proba.

II. *fol. 23.* praemisso Caput XV. elencho sequitur: *Admonitio de laude caritatis. et quomodo cunctis uirtutibus preferatur.* In Indice, qui in fronte *Codicis* manu Sec. XV. scriptus compareret, dicitur *Augustini ad monicam sancte memorie eius genitricem;* verum absone, praeterquam enim, quod in *Augustini* editionibus nulla ejus fiat mentio, Autor totus

quod nitidissimus *Sautelius* de suis versibus:

quod nitidissimus Sautelius de suis versibus:

est in contexendis ex *Historia tripartita* et *Vitis PP.* Legendis monasticis. Incipit vero: *Tue non immemor pie petitionis o carissima mater. tibi ut rogasti scribere studui. noui enim ardorem animi tui erga scripturas diuinas. noui tibi inesse studium legendi. et implendi ea que legis &c.* Ita porro hortatur ad humilitatem, obedientiam, continentiam in visu, sermone et vestitu cum discretione jungendam, compunctionem, orationem, pugnam contra vitia, lectionem et patientiam, parum sane adposite ad *Monicæ* aut aetatem aut conditionem. *Cap. ult.* prolixè *Theodosii* Imp. et *Ambrosii* *Historia* narratur, ut hoc exemplo liquidum fiat, nemini obesse peccatorum numerum ad veniam, concluditurque: *Ergo si gratia domini largiente bonum opus peregeris. et ea que beatitudini tue scripsi cuncta perfeceris. non tuis uiribus. non tuis meritis hoc tribuas. sed illi qui in te operatur et uelle et perficere pro bona uoluntate. cuique simul est honor et potestas et imperium &c.* Autorem in *PP. Bibliothecis* et alibi diligenter quaesitum tandem *T. II. Thes. Anecd. Pezii* P. II. p. 19. reperi. Est is, si *Codici Tegernseensi*, e quo *Opusculum* editum, major fides, quam nostro, *Adelberus* incertae sedis Episc. et Mater illa *Noniunda Reclusa.*

III. fol. 36. Incipit de Sancto Jobanne. Sequuntur fimiles Narrationes de Paphnutio, duobus Machariis, Apollonio et Evagrio. Omnes depromptae e Lib. II. Rufini Aquil. de Vitis Patrum, prout extat apud Herib. Roswey-dum edit. Antverp. 1615. p. 449. f. Omnes integrae, praeter primam, quae in his verbis: *Sed multa sunt eius gesta. quae narrare satis longum est*, deficit.

IV. fol. 43. p. 2. Visio Wet-tini Augiensis Monachi. Incipit: *Visio quae Fratri nostro Weddino ostensa fuerat pridie ante transitum eius. Cum predictus frater die sabbati cum aliquibus nostris potionem ad providendam salutem corporis accepisset &c.* Rem literis consignavit Hatto s. Hetto ex Abbate Augiae Divitis Episcopus Basileensis gestam anno 824. versibus celebravit Walafrius Strabus, cujus Carmen primus vulgavit Henr. Canisius T. VI. antiq. Lect. et ex eo Mabillonus Aët. SS. O. B. Sec. IV. P. I. p. 272. Idem l. cit. p. 265. etiam Hattonis profam addidit ratus eam nusquam haecenus lucem vidisse, qua in re deceptus fuit a Baluzio, qui ei exemplum e duobus Biblioth. Reg. Codicibus descriptum miserat, nulla mentione facta Editionis geminae, quae jam in manibus erat, mihi nunc haec scribenti objacet, prima quidem Jac. Fabri Stapul. inscripta: *Liber trium virorum et trium spiritualium virginum*, Paris. apud Henr. Steph. 1513. f. altera Collationum sacr. Tilm.

Bredenbachii, Colon. 1584. et 1591. ubi Collat. VIII. c. 39. Visio nostra ex edit. Paris. refer-tur. Verum quidem est, *Videntem* nostrum in utraque hac edit. adpellari Uguetinum prius Canon-icum deinde Monachum, at sic eum etiam adpellari in uno Codicum Regior. doctus erat a Baluzio Mabillonus in epistola, quam editioni l. cit. praefixam habes. Opinionem porro hanc de Wet-tini Canonatu, deque corrupto ejus nomine egregie convellit Liber Job. Egonis de Viris Illustr. Augiae Divit. T. I. Thes. Anecd. Pezii P. II. p. 649. exemplum-que obvium est in Wilhelmo et Guilelmo, Warnerio et Guarne-rio &c. Codex noster finit cum Mabillono: *ultimam huius instabilis vitae clausit horam*; neque ag-noscit illud, quod male feriat quidam adlevare: *Haec sunt, quae nos confratres ejus et venturis et lecturis testamur: veraque esse cognoscimus.*

V. fol. 49. Excerpta ex Hieronymo de Reverentia Sacerdotum, de Judicio et quatuor Ordinibus Resurgentium. Ex Augustino de Puteo Inferni et Purgatorio. E Gregorio M. varia, praecipue in Job. Notulae in Leviticum, in Deuteronomium, in Josue et Judices. Fragmenta Sermonum Augustini, Rabani, et alia varia, quae sibi quis in usus privatos congeffit nullo ordine servato.

VI. fol. 68. Varia de Missa sub hisce Rubricis: *Quot causis missa celebretur. Quid significetur in missa. Alia Expositio Mis-sae.*

saе. Prima incipit: *Missa pro multis causis celebratur. Prima ut sepe rogemus Deum &c.* Altera: *Introitus missæ cui conuenit? Patriarcharum Prophetarumque preconiis &c.* Tertia: *Introitus missæ quare dicitur? Eo quod per eum introitur ad eius officium &c.* Priorres duae Rubricae illam Missæ Expositionem constituunt, quam *Melch. Hittorpius* in quodam *Codice* inscriptam reperit: *Ordo Missæ a S. Petro institutus*, repræsentavitque in *Collectione sua Liturgica Colon. 1568. p. 582. f. paullo plenius*, quam habeatur in nostro *Exemplo*, nos vero etiam ad *Cod. DCCXCIII.* indicavimus. Tertiæ Rubricæ *Catechesis* succinctor nondum lucem aspexisse videtur.

VII. fol. 71. p. 2. *Incipit Tractatus de Mystero Corporis et Sanguinis Christi.* In Titulos Octo dividitur, quorum Primus incipit: *Nullus moueatur de corpore christi et sanguine. quod in misterio uera sit caro et uerus sit sanguis &c.* Excerpta sunt hæc e *Paschasi Ratberti Abb. Corbej.* Opere, et quidem C. I. initio mutilum, C. II. et IV. integra, C. V. fine mutilum, C. VI. et VII. combinata, sed VII. initio truncum, C. VIII. integrum uti et IX. denique C. X. in his verbis: *effundetur in remissionem peccatorum*, deficiens. Opus indicatum, ut *Index* docet, etiam alibi.

VIII. fol. 76. *Sermo Sancti Augustini in Agenda Mortuorum.* Incipit: *Quando celebramus dies*
Denis *Codd. mfs. theol. Bibl. Palat.*

fratrum defunctorum in mente habere debemus &c. *Divisus* in IX. *Lectiones* pro usu, quem *Titulus* insinuat. Alias legitur in edit. *Maur. Opp. T. V. col. 828.* suspicanturque *Editores*, principium illi ab alio adaptatum.

IX. fol. 78. præviis quibusdam PP. *Excerptis* habetur *Admonitio ad Sacerdotes.* Initium: *Fratres Presbyteri et Sacerdotes Domini cooperatores ordinis nostri estis &c.* Diximus de ea ad *Cod. DCCCV.* et alias. *Exemplaria* tamen inter se conferri merentur.

X. fol. 79. resumuntur *Excerpta* varia e *Gregorii et Augustini* Operibus.

XI. fol. 84. absque titulo *Isidori Ep. Hispalen. Allegoriae V. et N. T.* Initium: *Domino Sancto ac reuerentissimo fratri Orosio. Ysidorus. Quedam notissima nomina ueteris testamenti et euangeliorum &c.* *Integrae* sunt, ut in edit. *Jac. Du Breul. Paris. 1601. p. 515. f.* neque negligendum *Exemplar* futuro *Isidori* Promo; vel ipsa enim *Epistola ad Orosium* multo melius hic interpungitur, quam in *Editis.* Vide et *Codd. XXVI. LXXXVII.*

XII. fol. 89. præmissis iterum quibusdam *Origenis* et aliorum PP. locis habetur *Congeries* quaedam *Canonica* constans C. VII. integro et VIII. mutilo *Epistolæ Anastasii II. Pont. ad Anastasium Imp.* quam edidit *Harduinus T. II. Concc. p. 947.* dein *diversis Canonibus* e *Gregorio M.* et *Poenitentialibus Theodori Cantuar.*

tuar. Burchardique *Wormat.* L. XIX. depromptis.

XIII. fol. 90. Incipit de *Libro Ysidori Officiorum de Clericis.* Est L. II. C. 1. 2. et 3. ut in edit. *supracit.* p. 596. Sed interjicitur fragmentum ex *Epistola Siricii de Conjugio*, deque eadem materia alia ex *Isidoro, Concilio Ancyr. Hieronymo, Augustino &c.* adduntur. Ultimum est C. XV. *Ex Decretis Celestini: Quod nulli sit ultima Poenitentia deneganda. Agnouimus enim poenitentiam morientibus denegari &c.* Habetur in *Epist. Coelestini I. secunda T. III. Concc. Labbei edit. Venet. col. 479.*

XIV. fol. 91. p. 2. Epistola inscripta: *Utrum in Caena Datum sit Discipulis passibile corpus. cum nos sumamus impassibile.* Incipit: *L. minimus beluacensis ecclesie beati quintini presbiter H.*

Tres leo naturas habet ut phisilogus inquit &c.

XVI. fol. 93. p. 2. absque titulo *Sermo in Natali Domini*, qui incipit: *Natalis domini dies ea de causa a patribus uotiuę solemnitate institutus est &c.* Breve istud Fragmentum excipiunt *Sermones II.* integri *Leonis Papae* in eodem Festo, et ipsi *ἀνεπίρροφοι*, qui in edit. *Lugd. 1700. f. sunt I. et II. p. 70. 71.*

XVII. fol. 95. Incipit *Praefatio Anselmi Canterberiensis Episcopi.* Praefationem hanc excipit *Homilia ejus in Evangelium Lucae C. X. v. 38. Intravit Jesus in quoddam Castellum &c.* quae

bone spei fratri. quod pie pulsat sibi patenter aperiri. Litteras fraternitatis tuę nuper accepi &c. Ecclesiam S. *Quintini* condidit *Guido Bellovacensis Ep.* anno 1067: eamque *Canonicis Regularibus* tradidit praeposito *Ivone* post *Ep. Carnotensi.* Tam inscribendi modus, quam stilius ipse me ad hujus Viri deduxit *Epistolas*, quae cum ceteris ejus Operibus *Parisiis 1647. f. prodire, et en p. 121. nostram numero 287. Deleto itaque superius L. rescribere Ivo, et H. per Haimericum* exple.

XV. fol. 92. Resumuntur *Excerpta e PP.* et exeunt in *Carmen* quoddam, quod, ni fallor, spurium illum *Johanni Chrysof.* tributum *Libellum de Naturis Bestiarum* supra *Cod. CXCIII.* relatum repraesentat. Initium ejus est:

legitur in edit. *Opp. Paris. 1721. p. 178. et incipit: In scriptura sacra res una et ejusdem locutionis inuenitur diuersa significare &c.* Cum vero ibi non legatur *Praefatio*, eam hic adscribo: *Quid ad gloriosam dei genitricem lectio ista pertineat, ut in festiuitate eius legatur, plerique solent querere. Unde quid ego sentirem in conuentu fratrum prout potui uulgariter iam plus semel exposui. et quia quod dixi auditoribus placuit. dicta litteris mandare et ab eisdem dominis abbatibus Willihelmo viscanensi. Arnolfo troar-*
nensi

nensi iussus. immo coactus sum. Quod ideo dixi. ut expositiuncula ista tanquam a presumtuoso edita non displiceat. quia non presumptio sed obedientia edidit. Jam nunc ergo oratiunculam istam salva fide ac sine preiudicio melioris ad laudem eiusdem uirginis et matris Ihesu humiliter scribere aggrediar. Naetus eam tandem Gerberonius e Cod. Corbej. inter Castigationes Opp. Anselmi, ubi nemo facile quaesierit, p. 640. retulit.

XVIII. fol. 97. p. 2. Rursus continentur *Excerpta* immixtis *Sermonibus* integris 1^{mo}. *Gregorii M.* in illud Lucae: *Exiit edictum a Cesare* &c. Extat *Opp.* edit. *Maur.* T. I. col. 1460. et incipit: *Quia largiente domino Missarum sollempnia* &c. 2^{do}. *Bedae* in illud Lucae: *Pastores loquebantur ad in vicem* &c. Extat T. VII. *Opp.* *Colon.* 1688. col. 303. et incipit: *Nato in bethleem domino saluatore* &c. 3^{tio}. *Sermone* de verbis Apostoli: *Fundamentum aliud nemo potest ponere* &c. qui *Caesarii* est, legitur vero etiam T. V. *Opp.* *Augustini* append. col. 185. et incipit: *In lectione Apostolica que nobis paullo ante recitata est* &c.

XIX. fol. 104. *Tractatus Metricus de Eucharistia* absque Ti-

tulo. Dum *Job. Busaeus* Jesuita a. 1600. *Moguntiae* *Opera Petri Blesensis* typo pararet, adlatus illi est Codex e Bibliotheca *Tabernensi* *Caroli* Card. *Lotharingi* Ep. *Argent.* in quo *Tractatus* hic *Anselmi Cantuar.* nomen praeferebat. At ille rationibus, quas in *Prooemio* enumerat, adductus illum *Petro* suo *Blesensi*, *Cantuariensi* non quidem *Praesuli*, sed *Cancellario* adtribuit. Nec repugnauit *Petr. Guffanvillanus* alter *Petri* promulgator, in cuius edit. *Paris.* 1667. f. *Tractatus* noster una cum *Busaei* *Monito* p. 600. incipit. Potissima pro *Blesensi* decidendi ratio illa videtur, quod *Autor* in *Prologo* pariter *metrico* bis se ipsum *Petrum* adpellet. Sed nempe alium *Petrum* *Carminis* autorem prodit *Codex S. Germani Paris.* excitatus ab *Oudino* T. II. col. 1725. in quo illud sic *inscriptum* legitur: *Incipiunt Versus Magistri Petri Pictoris Canonici S. Audomari. De sacramento Altaris.* *Inscriptionem* hanc memoratus excipit *Prologus*. Jam vero *Prologus* hic a *Cod.* nostro abest, ejusque locum occupat *Rhythmus* brevior, qui infit:

Quisquis nostri redemptoris vestiris imagine
Et diuine sacramentis delectaris pagine
Nostrum lege Codicellum. in quo scripsi breuiter
Quid de christi sit tenendum corpore salubriter. &c.

Eundem *Rhythmum* *Prologi* loco in *Exemplari* suo inuenisse debuit *Ant. Beaugendre*, cumque *Exem-*

plar illud plura etiam *Hildeberti Cenomanens.* *Carmina* contineret, ratus et nostrum istud ad *Hilde-*

bertum pertinere, inter *Hildebertina* edidit *Paris*. 1708. p. 1155. f. merito propterea notatus a *Xyfto Schierio* in *Differt. de Hildeberti Operibus*. *Vindob.* 1767. p.

*Hic Deus, hic et homo, duo sunt, unus vero Christus
Alter in alterius personam non male mixtus,*

Nobis sic rectius leguntur cum illo:

*Nec deus hic, uel homo duo sunt. unus quia christus
Alter in alterius natura non male mixtus (mixtus)*

Ita enim in Symbolo dicto *Athanasii*: *Qui licet Deus sit et homo, non duo tamen sed unus est Christus. To mixtus* tamen fano sensu, non pro *confusione* sed *unione* Naturarum accipiendum, at-

Et quia nostra fides abscessit, prorsus inanem

restituendus e Nostro et *Beaugendreo*:

*Et quia nostra fides rem censet prorsus inanem
In sacra cena sine uino sumere panem &c.*

Quo loco necessitatem Calicis credi possit urgere *Petrus*, nisi tota *Tractatio* manifeste de *Sacerdotibus* et *Sacrificio Missae*

Sicque redemptus abit homo quo suus auctor abiuit.

XX. fol. 108. Rursus *Excerpta* e *PP. Conciliis, Poenitentialibus, Capitularibus*, quin et *Jure Civili*, nullo inter se ordine nexa, nisi quod in seriem *Evangeliorum de Tempore* incidas brevibus glossis illustratorum hoc *Titulo: Euangelicę lectionis hęc de-*

46. 4. Melius tamen et nostro correspondens Exemplar nactus est *Beaugendreo*. Nam in *Cap. 3. Carminis Versus* duo vexati:

que ita accepit etiam *Ephrem Syrus*, ut pluribus ostendit *J. Sim. Assemanus T. I. Bibl. Orient.* p. 80. et 107. C. 9. versus mendosus:

esset instituta. Sunt et alia loca plura, quae e nostro *Exemplo* consanari poterunt, quod, ut *Editum*, finit:

notatur *expositio*. Sunt vero numero *LIII.* neque *Series exacta* est.

XXI. fol. 137. *Succeffores apostolorum uiri apostolici qui romę sederunt in cathedra beati Petri Apostoli.* *Catalogus* hic *Pontificum* a *Petro* pertingit eadem ma-

nu usque ad *Honorium* II. electum a. 1124. aliis manibus adjecti sunt Successores usque ad *Lucium* III. a. 1181. inauguratum. *Clementi* subscriptus *Anacletus* dicitur sedisse annos IX. menses II. dies X. *Xysto* additum: ex patre pastore, *Telesphoro*: Hic constituit ieiunium et missas in natali. Post *Caium* intruditur *Crisogonus* nullo tempore regiminis adjecto. *Marcellinus* et *Marcellus* bene distincti. *Eusebius* qui et *ci-riacus*. Sub istius tempore inuenta est crux christi et iudas baptizatus, fortasse pro *Judaei*. *Silvester*. hic baptizavit *constantinum* quem dominus curavit a lepra. *Damasus*. cum eo ordinatur sub intentione *ursinus* et facto concilio firmatur *damasus*. *Ursinus* constituitur episcopus *neapolis*. *Bonifacius* ex patre *Jocundo* presbitero cum hoc ordinatur *eularius* (*Eulalius*) una die et fit una die in clero et populo. Mense VII. die XV. uterque ab *augusto* eicitur. *Eularius* uero ordinatur in basilica *constantinopolitana*, alter in basilica *iulii*. Facto concilio *bonifacius* restituitur, alter mittitur in *campaniam*. A *Bonifacio* infertus *Constantinus*. Ad *Symmachum*: Cum hoc ordinatur *laurentius* una die et fit dissensio inter clerum et senatum. hanc dissensionem soluit *theodericus* rex et confirmavit *symmachum* papam qui *simmachus* constituit *laurentium* in *nucrena* (*Nuceria*) episcopum. Ad *Bonifacium* II. Cum hoc *Dioscorus* ordinatur et post paucos dies moritur. Hic constituit non sibi successorem or-

dinare. Sequitur *Mercurius* qui et *iobannes* (II.) *Agapitus*. Ex *Gordiano* presbytero. *Silverius*. Huius tempore tanta fames fuit ut mulieres filios suos comedissent pre fame. *Pelagius*. Hic ordinatur sine iussu principis. quia *longobardi* obsederant *romam*. *Johannes* III. positus post *Benedictum*. Ad *Gregorium* M. hic exposuit *omelias euangeliorum* XL. *iob* XXXV. in *ezechielem* XXI. *Sabinianus*. Hic dari iussit R. (*Romanis*?) XXX. modios *tritici* pro *solido* uno. *Bonifacius* (III.) Hic fecit *memoriam omnium sanctorum*. *Deus* dedit praepositus *Bonifacio* IV. *Omissus* *Adrianus* III. *Donus* II. scriptus *Donnidesuri*, eique postpositus *Bonifacius* VII. Inter *Gregorium* V. et *Silvestrum* II. visitur *Johannes* cum addito: qui turpiter uitam finiuit. *Benedicto* IX. subjicitur *Silvester* dictus III. Omititur *Victor* III. A *Johanne* XVII. deorsum plerisque adscribuntur nomina, quibus ante *Papatum* fuere, sed nihil aliud.

XXII. fol. 138. Incipit liber sancti *methodii* episcopi *patarensis* de regnis gentium, de nouissimis temporibus, certa demonstratio christiana. Initium: Sciendum nanque est quod exeuntes *adam* quidem et *eua* de *paradyso* uirgines fuere &c. Etiam Cod. DCXXXII. indicatus. Ad calcem cubat *Caput* 83. Hier. de *Viris illustr.* agens de *Methodio*, qui utique *Libelli* nostri autor non est. *Tribus ult.* Codicis pagg. rursus illitae sunt *Notae* e variis *PP.* quas, uti et supra jam toties memoratas, minutius persequi

fequi et laboris infiniti, et exiguae foret utilitatis.

CCXLI. VIII. C. 8

190 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. exeuntis, Folior. 233. f. per duas columnas currente calamo scriptus sub praemissa Contentorum Rubrica haec habet: *Hunc librum contulit monasterio beate marie virginis alias scotorum Wienne Venerabilis dominus Thomas de Weytra presbiter pat. dyoc. ut oremus deum pro eo et sibi coniunctis.* Sunt vero, quae continent: I. *Liber b. Augustini de domo conscientie*, hoc initio: *Domus hec in qua habitamus ex omni parte sui ruinam nobis minatur &c.* Libellus hic, communi cum pluribus ejusmodi Opusculis fato, rudi illo aevo diversis inscriptus est. Ut enim *Augustini* non est, ita legitur inter Opera *Bernardi* edit. *Mabill. secundae Paris. 1690. T. V. p. 335.* et in edit. *Opp. Hugonis a S. Victore Rothom. 1648. T. II. p. 170.* Librum III. *Tractatus de Anima et de interiori Domino* constituit. Accedit *Oudinus*, qui T. II. col. 1155. illum ad *Guillelmum S. Theodoric* prope *Remos* Abbatem transfert. Nobis integer non est; nam collatus cum *Hugone suprac.* et Capitibus XXXII — XLV. destituitur, et in C. XLIX. definit hac clausula: *Explicit liber de conscientia Augustini &c. 1391.* Caput praeterea XXI. nobis inscriptum est: *Confessio beati Bernardi*, et margini C. XLVI. alia manu adjectum

est: *Incipit libellus ejusdem beati Augustini de salute anime.*

II. fol. 9. p. 2. *Cento de contemptu mundi ex Sententiis Ambrosii, Augustini, Hieronymi, Gregorii M. et Bernardi* contextus, qui incipit: *Multi multa sciunt, seipsos autem nesciunt &c.* et finit: *quare tanquam indignus laudas, quod ignoras. Deo gratias Amen. explicit quedam particula de contemptu mundi.*

III. fol. 12. rubro: *Hec demon clero transmittit scripta moderno.* Epistola Sathanica iis gemella, quas saepius, ut ex *Indice* liquet, retuli. Incipit: *Lucifer princeps tenebrarum tristitia profunda regens achyrontis imperia &c.* et in Codice quodam *Tegernseensi*, teste *Bern. Pezio Thes. Anecd. T. I. Dissert. Isag. p. 79.* *Henrico de Hassia* tribuitur. In alio *Mellicensi*, pariter ut in nostro, ἀδερπτος est.

IV. fol. 12. p. 2. *Soluciones quarundam questionum propositarum.* Proposuit *Rudolfus* quidam, et solvit *Henricus de Oyta* notus *Academiae Vindob.* Theologus. Ingressus est: *Reuerende Domine Rudolfe, questio vestra prima est, quomodo intelligendum sit, quod in persona Domini nostri ihesu christi est verus deus et homo, et deus ubique est et tamen humanitas ubique christi non est, sed in certis et determinatis locis, cum tamen ambe nature scilicet Deitatis et humanitatis sint in una persona christi.* (2) *Item petitis vobis scribi vnum et breue notabile de predestinatione.* (3) *Item de Domi-*